

Beiheft.

S. 62

[1221—1233¹⁾] Ländereiankauf durch die Pröpstin von Breden.

[56]

Sciant eciam tam presentes quam posteri, quod ego Gerberga preposita cum consensu communis capituli emi agros tres in Aderlo de manso Nycolai, qui cognominatur Lepus, quem ipse a nobis tenuit censualem, et quia intelleximus, quod obligare voluit tam agros quam mansum nostrum apud extraneos pauperie coactus, nos pro misericordia et ne occasionem haberemus litigandi cum alienis, qui forte per suam iniustam warandiam nostrum mansum et agros occuparent, agros hos tres emimus pro tribus marcis et fertone per consilium domini Johannis de Graz, qui eciam cooperabatur ipso eciam Nycolao petente et impetrante, qui nobis agros reliquid cum uxore suo Cristina et filio suo Widekino, quos nos eciam comparavimus maiori precio, quam valeant, pro bono pacis, ne ipse eciam occasionem haberet agros ecclesie apud extraneos obligandi; huic empacioni plures affuerunt, scilicet dominus Johannes de Graz et Bernardus de Kizvene frater Cristina ex parte Nycolai; ex parte ecclesie affuit totum capitulum.

1. Notiz 13. Jhdts. auf Rückseite des Originals von 1221.